



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 82. Pragmaticæ Sanctionis restauratio a Præside postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

„quoad ea, quæ nominationem ad Archiepiscopatus, Episcopatus, regni-
 „que Abbatias concernunt: verum mi-
 „hi speciatim injunctum est, ut demon-
 „strem, quod Parisiensis Curia immoto
 „studio Pragmaticam Sanctionem in
 „usum deduxerit, ac concordatorum
 „vim enervare semper studuerit, eo quod
 „ea non nisi ex specialissimo Regis man-
 „dato præsentis Tremollio a regia sua
 „Majestate hunc in finem deputato fuis-
 „sent recepta.

§. LXXXII.

*Pragmaticæ Sanctionis restauratio a
 Præsede postulata.*

His prolatis ita hic Præsides prosequen- *Argentre*
 batur: „semper Parisiensis Senatus *l. c.*
 „posteris notum fieri desiderabat, quod
 „juxta Senatusconsulta Concordatum
 „abrogandi, & pragmaticam sanctio-
 „nem merito a priscis Franciæ Palla-
 „dium appellatam restaurandi volunta-
 „tem nunquam dimiserit, quamdiu
 „enim hæc vim suam obtinuerat, sem-
 „per Franciæ res prosperitate florebant,
 „ea autem abolita, mox cuncta sus de-
 „que vertebantur: aliunde vero per
 „præfatam pragmaticam nequaquam
 „nominatio ad vacantes regni sui Præ-
 „laturas Regi adimebatur, cum disertis
 „verbis cautum fuisset, ut beneficio va-
 „cante

Sæcul. XVI.
 A.C. 1581.

Sæcul. XVI.
A.C. 1581.

„cante mox apud Electores Rex insta-
 „ret, ut Viros de Rege, ac regno bene
 „meritos eligerent, quamvis enim Pa-
 „pa magnum favorem nostris Regibus,
 „dum eisdem ad regni Prælaturas no-
 „minandi facultatem indulserat, se con-
 „cessisse persuasum sibi habeat, certum
 „tamen constat, quod nostri Reges hoc
 „jure omni tempore fruerentur, nam
 „id ab universa Ecclesia in Persona Ca-
 „roli Magni Franciæ Regis, & augustif-
 „simi Cæsaris concessum fuit (*), quia
 „hi Desiderium Longobardorum Regem
 „expulerunt, & Pontificem suæ Sedi,
 „omnibusque suis bonis restituerunt:
 „equidem Ludovicus Pius Caroli Magni
 „Successor hoc jus abdicasse dicitur: ve-
 „rum

(*) Inepte prorsus hic Præses ista in sua oratione retulit, si enim Reges Franciæ jus nominandi, quod eis Papa per concordata indulsit, omni retro tempore a Caroli Magni ætate possederunt, hic Præses inique illos spoliare intenderat per innovationem pragmatice: præterea inauditum est, quod aliquis Imperator, vel Rex universalem Ecclesiam representare, atque hoc titulo jus quoddam Ecclesiasticum concedere dicatur: ecce! qualiter terminus a Constantiensi, & Basileensi Concilio recens adjuventus a Synodo universali etiam ad profanos Principes extenditur.

„rum hæc cello duntaxat ad tempus
 „valuit, cum hoc jus perpetuo acqui- Sæcul. XVI.
A.C. 1581.
 „situm sit, atque a Franciæ corona re-
 „vocari nequeat, aliunde autem nostri
 „Reges haud aliud medium præter
 „Pragmaticam in promptu habeant, vi
 „cujus sese adversus Pontificum poten-
 „tiam tueri possent, si hi Gallicanæ
 „Ecclesiæ jura labefactare aggrederen-
 „tur. „ Hæc quidem iste Præses ex-
 „posuerat, verum ejusdem rationes nil
 nisi ventum verberabant.

§. LXXXIII.

*De excutiendo Hispaniæ Regis im-
 perio a fœderatis Belgii Ordi-
 nibus actum.*

Interea Philippi II. Regis Hispaniæ res Strad. l. 4.
Thu. l. 74.
 in Belgio minus prospere fluebant, quippe fœderati Ordines die vigesima
 sexta Julii Anno Domini millesimo quin-
 gentesimo octogesimo primo conventu
 Hagæ Comitum habito sanxerunt, ut id,
 quod in Antverpiensi colloquio, anno pri-
 ori celebrato decretum fuisset, promulga-
 retur; tum enim statuebant, quod Phi-
 lippo haud ultra obtemperare vellent,
 insuper declarabant, quod is jure suo,
 ac Belgii Principatu excidisset, ejus-
 que subditi a jurata fide liberi essent,
 idque ob Hispanorum crudelitates, &
 violatam fidem Flandris promissam:

ne